

S E R E N I S S I M O  
J O A N N I  
C O R N E L I O

Venetiarum Duci.

**L**iceat mihi , Serenissime Dux , geminos Anecdotorum  
meorum Tomos Tibi sistere , Opuscula nempe quædam  
veterum Scriptorum numquam antea , ut puto , publici juris  
facta . Non eos quidem elegantia , neque ipsa fortasse ma-  
teries prima fronte commendet ; attamen habent ii , quod  
se ad Serenitatem Tuam fidenter invitet , ubi recognito ,  
quantopere Tibi non minus , quam præclarissimæ Gentis  
Tuae , in more semper fuerit , cum Literarum studia fove-  
re , tum earum promovere sortem : cuius rei exempla is-  
tantum ignorat , qui celeberrimam Corneliam Gentem , ejus-  
que illustria facta atque splendorem nondum , si fieri potest ,  
novit . Quamobrem quum ista , qualiacumque sint , eru-  
ditæ vetustatis fragmenta non uniususui esse possint gravio-  
rum Disciplinarum studiofis : cur Serenitati Tuae non pla-  
ceant , cui quæcumque bonarum Artium commoda , immo  
vel minima ornamenta placent ? En igitur illa Nomi ni  
Tuo dicata in mei erga Te obsequii pignus , atque in gra-  
zi etiam animi tesseram , postquam publicæ lucis beneficium  
nulli alii debent , quam Venetæ ditionis Urbi . Nunc restat ,  
ut meum istud tributum , & me quoque , ea , qua ceteros  
soles , humanitate ac benevolentia excipias . Q uod utique  
mibi